

**M**otus proprius cum generali clausula non obstat. operatur quod illa generalis clausula habet vim specialis clausule derogatorie. no. la. abbas. de rescrip. quibus. r. c. si eo tempe. r. c. si propter. li. vj. de elec. cum ex eo. r. de pben. ei cui. e. li. r. de symo. iacobus. q. vl. Contrarium tenet io. de ligna. r. io. de fau. vt refert domi. in. d. c. quibus. r. c. si propter. ea ratio quia licet motus proprius surreptionez tollat tamen gratiam non ampliat. maxime ad prouidicium iuris tertio quefiti. vt no. in clemen. si romanus. de pbeno. Sed ioh. de ymo. tenet opinionem lapi. quando clausula diceret non obstantibus aliquibus pro que possit gratia impediiri vel differri. secus si illud verbum differri omittatur vt primo casu clausula operetur. r. non sit frustra. vt recitat domi. in. d. c. quibus. et. c. si propter. que distinctio prederet in expectatiuis vel alijs gratijs super incerto beneficio impetratis. Secus si super beneficio concedantur. Aliibi dicit io. de ymo. quod motus proprius cum clausula generali non obstat. statutis. tollit oia impedimenta r. obstacula a statutis ecclesie inducta r. hoc casu saluat opinionem lapi. sed non tollit impedimenta iuris communis. vt recitat domi. i. c. si. de si. pres. li. vj.

**M**otus proprius cum clausula generali non obstat. iustificat formam litterarum r. personam etiam impetrantem. no. lap. in. c. j. de si. p. sby. li. vj.

**A**lii etiam in dignitate constituta an possint habere potestatem excommunicandi r. absoluedi ab excommunicatione. vide antho. de iudi. decernimus. r. r. cludedo. Et an possit ei dari officium predicandi. vide anth. e. c. circa finem. Et vide. s. verbo ignorantia. r. ignorantia iuris.

**Q**uatio. vide. s. verbo dispositio. r. sub verbo presumptio.

**N**ecessitas non habet legem. de consuetu. c. quanto. r. ff. de officio p. s. l. illicitas. r. si.

**N**egatiua potestatis probatur per confessionem r. etiam per instrumentum. no. an. de coha. cle. r. mu. vestra. xxxiij. colu. r. venio ad tertium.

**N**egatiua solutionis non facte probanda est per eum quod eam deducit ad probationem excommunicationis factam sub conditione si non soluerit. no. Ro. c. clu. cccxxv. ad si.

**N**egatiua an r. qualiter teneatur de probare. vide io. an. d. elec. bone. j. r. in regula. sine possessione. li. vj. in nouel. Conclude tamen quod negatiua etiam improbabilis semper est probanda per negantem quam fundat intentionem ipsius negantis. si-

ue negans agat siue excipiat siue replicet. nisi negatiua aliqua presumptione iuuet. Ad quod determinandum an presumptione iuuet vel quando fundat intentum alicuius. dic quod quedam est negatiua qualitatis persone. r. quedam negatiua alterius accidentis extrinseci. prima vt negatiua solennitatis actus probari debet per negantem. quia solennitas presumitur. fallit in certis casibus. Secunda est multiplex. quedam est negatiua qualitatis a natura vt quod quis non habeat rationem naturalem. quod non sit discretus quod non sit diligens. quod non sit bonus. r. hec sicut debent negari per probantem. quia talis qualitas presumitur a natura inesse. nisi semel malus poneretur quia tunc in eadem specie mali se presumitur malus. Quedam est negatiua qualitatis nature corporalis. vt quod quis non sit legitimus. vel quod non sit sanus. Et similiter est probanda per negantem. quia hec qualitas que fit naturaliter. corpori inesse presumitur. Si tamen appareat quod quis semel infirmus fuit. an presumatur nunc infirmus dubium est. Queda est negatiua qualitatis nature erga corpus tempore variabilis. vt etatis. r. in hoc idem quod statim dicam in sequenti. Quedam est negatiua qualitatis accidentalitatis ad corpus. vt quod quis non sit in aliqua scientia positua scientificus. quod non sit ordinatus. quod non sit cantor r. similia. Et tunc aut super hac qualitate est intentio cum parte a qua nihil petitur. r. hanc similiter habet negans probare. r. hoc fortius procedit quando affirmans est in quasi possessione illius qualitatis vel saltem habet famam per ea. aut est contentio cum iudice vel superiore a quo aliquid petitur. r. tunc affirmans tenetur probare se habere qualitatem negatiuam. r. vbi dictum est neganti incumbere onus probandi. intellige nisi sit in quasi possessione qualitatis contrarie qualitati negate. vel nisi contra ipsam qualitatem negatam habeat famam. Tertia negatiua qualitatis accidentis extrinseci (vt quod quis non sit soluendo) non est probanda per negantem sed qui soluendo se asserit. indistincte se talem probare debet nisi appareat eum aliquando fuisse soluendo. quod tunc ibi futurum presumitur. hoc notat anth. de elec. bone. j. xvj. colu. r. venio ad tertium. vide quod no. idem ant. circa legitimatores in. c. latoz. qui si. sunt le. vlti. colu. Sed ioh. an. in. c. si. de litis contesta. li. vj. in nouel. circa qualitatem legitimatis vel etatis in beneficialibus distinguendum est quod aut impetrans expressit se legitimum r. maiorem. r. sibi incumbit onus probandi. aut se eum opponit quod tacuit se legitimum r. minorem. r. tunc opponenti incumbit onus probandi. Item io. an. in regula. ifamibus. circa qualitatem legitimatis r. etatis in beneficialibus in electo con-

firmationem petente. concludit q̄ si talem qualitatē negans nō pbat negatiuam perdit instantiam nec cassat electio et repellit opponēs tamen affirmans nō cōsequitur affirmatiōnez electōis nisi probet qualitatez p̄dictam. et neutro pbante saltem quo ad possessionem. opinionem et famam. iudex ex officio statuet terminum parti agenti et affirmanti pbandi qualitatē p̄dictam. et si in p̄batiōe defecerit. electionem cassabit ne diu maneat ecclesia impedita. sed quid erit. si quis non petit electōis confirmatiōnem seu beneficij adiudicationem in quo p̄tendit p̄ collatiōnem sibi ius p̄fecte q̄situm et petit se in possessionem induci. et aduersarium a possessione amoueri. aduersarius ei obijcit q̄ nō est legitimus et neuter pbat q̄ sit legitimus vel illegitimus qual' sentētia fereb̄.

**D**uto ex p̄missis possessorem et reū absoluentem. tum qz affirmans litigat cū parte a q̄ alius petit sibi possessionem. ideo fm̄ regulaz actore non pbante id quod est fundamentum intentōis sue debet reus absolui fm̄ antho. tum etiam qz non debet actor aliquid consequi nec adiudicatōem nec possessionē nisi p̄bet q̄litatez p̄dictam. fm̄ Jo. an. Et licet io. an. in d. regula infamibus dixerit negantem qualitatē p̄dictam. illud est ideo. quia negās non possidebat nec cōtra euz actū fuerat nec d̄ suo puato interesse tractabat. et consequent̄ absolutoria eadem non poterat. cuius contrarium est in casu p̄xime dicto. et vide sub x̄bo p̄sumptio. s. p̄sumi an̄ debeat q̄s dignus.

**N**egatiōe nō fit res dubia. quādo id quod nō est notoriū extraiudicialiter negat. Secus si iudicialiter. quia tūc fit res dubia ad cōmodum negantis nisi negās habeat cōtra se p̄sumptōnem iuris. Si aut̄ id quod notoriū est negat. tunc si negat factū tantū et nō qualitas notoriū nō fit res dubia p̄pter veritatē notoriū. Si x̄o non negat factū sed qualitas facti. s. notorium. tunc oportet q̄ p̄bet iudicialiter illa q̄litas. s. q̄ notoriū sit.

**N**egatiua etiam pbabilis facit rem dubiā. nō autē improbabilis. vt illa que habet cōtra se notoriū. nisi talis negatiua saltez semiplene p̄betur. quod intellige quādo talis semiplena p̄batio nō habet cōtra se euidentem causaz annexam. vt no. antho. de coha. de. vestra. xxvj. columna.

**N**egatiui actus non sunt tante potentie. quantē affirmatiui. no. glo. de consti. cū accessissent et inno. de fi. p̄f. veniens. et io. an. de cens. p̄uenit. et antho. de cau. poss. c. fi. xlv. columna. et ex his apparet.

**N**egatiua cōsuetudo qualiter p̄betur. vide io. an. et antho. in. c. iohānes. de cle. cōiuga. et bal.

in. l. de quibus. ff. de legi.

**N**epotis appellatiōe non solum cōtinetur filius filij. sed etiam fratris. et sic non solum comprehenditur nepos descendens sed etiam transfuersal. no. io. an. de dec. fundamenta. li. vj. quod est notandū. Idem no. antho. de consang. et affi. c. tua nos.

**N**isi. hec dictio in iudicijs et vltimis voluntatibus equipollet conditiōi si nō. Secus in contractibus. vt no. antho. de appel. p̄terea requisiti. in quarto notabili. et in x̄. oppono q̄ dictio. vide in additio. spec. ti. de sponsalibus.

**N**ominatio alternatiua valet. no. io. an. de elec. c. ij. li. vj. in. f. glo. in nouell. Et vide sub x̄bo p̄uisio.

**N**ominatio facta ante scrutiniū. nihil iuris tribuit nominato. sed facta in scrutinio sic. eo iaz publicato. no. glo. in. c. quod sicut. de elec. vt est tex. in. c. publicato. e. ti. vbi patet q̄ nomiatius in scrutinio a maiori parte potest p̄cedere q̄ electores compellant̄ ad electōem de eo faciendam et consequent̄ est ius sibi q̄situm et necessitate electores eū eligere. p̄dicta procedunt qm̄ nominatio fit eo casu quo in electōe seruari debet forma. c. qz tunc p̄pter. vbi aut̄ illa forma non requirit̄. tūc nominatiō deliberate facta ius tribuit et vim electōis habz. de elec. cū in iure. Et ibi hoc no. cal. et ant. et hoc casu potest saluari glo. que dicit ex nominatiōe ius acquiri nominato. xvij. q. vij. c. cōtra sanctorū. Ita etiam fuit mens inno. in. d. c. q̄ sicut. et. d. c. cum in iure. vbi dixit fm̄ antiq̄ tempora nullā solennitatem fuisse in electōibus necessariā. et etiam fm̄ moderna tpa idē seruari in minoribus dignitatibus et inferioribus beneficijs in q̄bus iura antiq̄ remanēt in correcta. fm̄ q̄ sufficiebat qualitercūq̄ constare de solis consensibus electorū in aliquem directis. Et p̄terea in istis casibus dixit antho. q̄ nō licet variare nominantibz. qz p̄ noiatiōnem deliberatā p̄fici electio. no. antho. in. d. c. publicato. licet io. an. ibi in. q. xix. dubitatiue tñ aliter in hoc sentire videt̄ et male. Illud aut̄ certū est q̄ post nominatiōz sup̄iori p̄sentatāz variare nō licet. vt no. inno. et io. an. et ant. in. c. bone. f. de postu.

**N**otari? si aliqd̄ narratiue dic̄ in instrumento. talia x̄ba narratiua nihil p̄bat no. Ro. cōclu. ccl. nisi exp̄mat locū. tps et testes. et se interfuisse. et se rogatus esse de ill' narratis. vel nisi illa narrata sint de facto longinquo. no. ant. de p̄ba. qm̄ cōtra. penf. carta in. f. colum. Idem no. bal. C. de testi. l. i iuramento. et vide. s. x̄bo. instrumentū. p̄ totū. et in x̄. clericus. s. clerico q̄ est in sacris.

**Notari<sup>9</sup>** creat<sup>9</sup> a papa pōt etiā in trī iperij cōficere instrumēta. ⁊ ecōtra creat<sup>9</sup> ab impatore potest etiā in terris ecclesie cōficere instrumenta. nō **Ro.** cōclu. cclix. quid de creato a rege vel vniūsitatē habēte ad hoc ptātē. dic vt dicit in xbo instrumentū. §. j.

**Notariū** creare pōt papa. impator. ⁊ rex non recognoscēs supiorē. Itē statutū ⁊ cōsuetudo vniūsitatē nō alteri<sup>9</sup>. ad hoc vide inno. et an. de fi. instru. cum p.

**Notarius** si vnū scribit ⁊ nūcius dicit se aliū retulisse q̄ scripsit sit cui pot<sup>9</sup> credi debeat. vide sub xbo nūcius. in pñ.

**Notarius** si scribit depositionē testis vno mō ⁊ testis dicat se aliū deposuisse: statur scripture notarij nisi agere cōtra testē ad penā falsi vt no. spe. in ti. de teste. §. j. ⁊. s. pone ecce iudex. ix. colum. **P**redicta itellige nisi notari<sup>9</sup> esset al<sup>9</sup> suspectus iuxta nōta infra sub verbo nunci<sup>9</sup>. in pñ. **E**t hoc tenet exp̄sse anth. i. c. ad audientā. de p̄sc̄p. dicit q̄ etiā si agat cōtra testem ad penā falsi credit<sup>9</sup> notario si testem simul cum iudice examinauit.

**Notarius** laicus an possit instrumēta p̄ficere in causa eccl<sup>9</sup>astica ⁊ spūali. dic vt no. inno. de iud. d̄cernim<sup>9</sup>. vlti. colū. ⁊. ca. sic. ne cle. vel mona.

**Notarius** nō pōt scribere cōmissionē quā sibi iudex facit ad examinandos testes. nec pōt scribere relationē ppriam citationis sibi cōmissa. licet spe. cōtrariū dixerit in h̄ vltimo. vt no. anth. in ca. j. ⁊. examinem<sup>9</sup>. **I**dez no. lo. an. in. c. qm̄ p̄tra. d̄ p̄ba. ⁊ bal. d̄ fi. instru. l. in exercēdis. l. iudices. ⁊. l. iurifurādī. d̄ te sti. vide bar. **C.** de iur. deli. §. sin autē dubi<sup>9</sup>. ⁊ p̄ eundē ⁊ bar. in. l. ex sentētia. ff. de tes. tu. ⁊ p̄ bal. in. d. l. iudices. in fi.

**Notari<sup>9</sup>** puta excōicatus an possit instrumēta cōficere. vide s̄b. ⁊. excōicati. §. excōicat<sup>9</sup>.

**Notari<sup>9</sup>** si cōtradicit instrumēto sub noi e suo scripto. dicēs se id nō scripsisse facit instrumētum vacillare. no glo. **C.** de fal. l. si q̄s decurio. in fi. **I**dē videt<sup>9</sup> si dicat se falsum scripsisse vt sentit cy. **C.** de fi. instru. l. in exercēdis. i. q. ij. **S**zio. an. in addi. spe. in ti. de instru. edī. §. instrumētū. ⁊. j. videt<sup>9</sup> fm̄ odoff. cōclude re q̄ dictū notarij p̄tra veritatē instrumētū nihil opaf. **S**ed an dictuz ei<sup>9</sup> qd̄ scripserit: an nō faciat instrumētū vacillare ē in iudic arbirio. **T**ādē remittit ad no. p̄ cy. in. d. l. i. exercēdis. ⁊ bal. in l. generaliter. **C.** de nō nu. pe. diē q̄ nō credit<sup>9</sup> notario dicē se falsū scripsisse fateor qd̄ nō credit<sup>9</sup> ad plenā p̄batidēz nisi secū habeat vnū testē contradicentem q̄ res aliter fuit q̄ scripta sit: q̄ casu censetur error: p̄batus ⁊ pōt corrigi. vt no. p̄ bar. in. l. fi

liberarius. de re. iur. **S**z licz ex solo dicto notarij nō p̄bet error nec falsitas instrumētū: videt<sup>9</sup> tñ suspectū fieri adeo q̄ nō p̄bet nisi falsum vno teste iuuet. p̄ glo. in. d. l. si q̄s decurio. ⁊ p̄ rōnem. cy. in. d. l. in exercendis.

**Notari<sup>9</sup>** si scripsit falsum instrumētū: s̄z nulliter quia nō facit fidē: an puniat<sup>9</sup> de falso. vt de bar. in. l. si q̄s legatū. ff. de falsis.

**Notarius** licet rōne certi instrumētū sit de falso cōdemnat<sup>9</sup>: tñ illud nō p̄iudicat p̄ti volēti illo instrumēto vti. vt no. bar. in. l. denun/ cialle. §. fi. ff. de adul. qd̄ p̄cedit etiā si p̄sciuerit causam falsi cōtra notariū agitari. no. bal. **C.** de fi. instru. l. si vterū: nisi fuerit cita/ ta ad dictā causam: vt no. bar. in. l. ff. de p̄uarica. vide anth. in. c. q̄uis. de re. iudi. pe/ nulti. colum. ⁊ vlti. licz autē p̄demnatio notarij nō faciat p̄iudiciū p̄ti quo ad p̄bationem facit tñ cōtra eam quo ad p̄sumptionem. **E**t idē in teste de falso cōdemnato. vt no. bal. in. l. lucius. ff. de his qui no. infa. vbi dicit eti/ am q̄ sententiā lata sup falso instrumēto contra p̄tem nō p̄iudicat notario nec ecōuerso. vide j. §. notari<sup>9</sup> si de falso.

**Notarius** licet sit cōdemnat<sup>9</sup> ex causa que infamat: pōt tñ instrumēta cōficere: s̄z nō pōt officium tabellionar<sup>9</sup> qd̄ habet in se dignitatez exercere: vt qñ notari<sup>9</sup> eligi<sup>9</sup> p̄ncipē ad scribendum negocia p̄ncipis. vel si ei aliq̄d officium sit ex publico iniunctū: vt q̄ sit notari<sup>9</sup> ad banchum. no. bar. ff. ad. l. iuli. re. l. eadez.

**Notarius** si ē cōdemnatus de falso i officio tabellionar<sup>9</sup> cōmissio: instrumēta postea p̄ eum p̄fecta non valerēt. **C.** de suscep. ⁊ archa. l. si aliq̄d li. x. ⁊ ita tenet glo. in. l. si q̄s ex argentiarijs. §. j. ff. de eden. **I**dem tenet bar. in. l. eadem. ff. ad. l. iul. re. **I**dē tenet bal. in. l. militibus. **C.** de testa. mili. **I**dē tenet lo. an. in ad/ di. spe. in ti. de instru. edī. §. restat. ⁊. quid si tabellio. **P**ro ⁊ cōtra facit qd̄ no. inno. de be re. fraternitatis. vbi p̄mo dicit q̄ licet notarius fecerit vnū falsum instrumētū. tñ alia instrumenta postea per eū cōfecta p̄nt dici valere. **E**t p̄mū dictū loquit<sup>9</sup> in notario nō cōdēnato scdm̄ in cōdemnato. **E**t forte veri<sup>9</sup> dici possit q̄ p̄mū dictū loquit<sup>9</sup> etiā in p̄demnato s̄z tolerato. scdm̄ in nō tolerato. **E**t si dicat nō pōt dici toleratus ille q̄ ē cōdemnat<sup>9</sup> ⁊ cuius defectus ē notoz<sup>9</sup> p̄ sententiā. iux no. p̄ anth. de do. ⁊ cōtu. veritatē. ⁊. qñq̄ queritur. tertia colum. **R**ūdet<sup>9</sup> q̄ imo etiā cōdemnatus tolerari pōt in officio licet p̄ executio/ nem sententiē veniret officio p̄uādus ⁊ deponendus. nisi in sententiā sit exp̄esse deposit<sup>9</sup> ⁊ p̄ executioē sententiē ip̄o officio spoliatur: vt singulariter no. inno. ⁊ anth. de accu. q̄liē

ij. in glo. magna. hoc vide. §. §. proxi. Adite  
ni q vbi notari? est de falsitate in officio cō/  
missa directe damnat? priuat exercitio offi/  
cij ipō iure. vt in. d. l. si aliqd. vbi aut notari  
us falsum cōmisit extra officiu tabellionar?  
tūc valent instrumēta p eum cōfecta. no. bal.  
C. de sum. trini. l. cūctos plos. 7 bar. in. d. l.  
eadem. **U**bi nō notari? de falso p sententiā  
condēnatus in vno loco: p̄ficiat instrumēta in  
alio loco in quo dicta sententiā nō ē nota: va  
lent dicta instrumēta. vt no. bal. in. l. j. C. de  
testa. qd̄ intellige nisi dicta instrumēta pducā  
tur contra instrumēta p̄dicta.

**N**otarius si de falso in officio tabellionar? cō/  
missio accusatus: pendente iudicio p̄ficiat in  
strumenta: 7 postea ferē sententiā cōdemna  
toria de falso contra eū: instrumenta pendē  
te iudicio cōfecta licet in totū nō anihilent?  
tū eorū fides diminiuit: adeo q tanq̄ suspe  
cta nō pbant nisi alijs adminiculis adiuuē  
tur. no. bar. in repetitōe. l. barbari. ff. de of  
fi. p̄si. **F**orti? dic̄ butri. 7 nōt etiā do. antho.  
in. c. fraternitat. de hereti. qd̄ idem ē in instru  
mentis cōfectis: etiā ante iudiciū inchoatū.  
7 an falsitatē cōmissam. licz butrius loquat̄  
in notario nō tolerato. dicit tū q toleratio n̄  
inuat cōtrariū eius qd̄ est p sententiāz decla  
ratiū: quia toleratio 7 cōis opinio nō est pro  
babilis cōtra notariū qd̄ inducitur p sententiā  
vt no. io. cal. in. c. ad pbandum de re. iudi. 7  
anth. in. c. dilectus. ij. de pben. penl. colū. in  
fi. vide. §. §. pxi. **A**dde q sententiā lata super  
falsitate instrumēti p̄tra pducem licet nō  
sit lata p̄tra notariū: detrahit fidei instrumē  
torum p eundē notariū postea cōfectorū: sed  
rogatorū ante. non. vt no. anth. in. d. c. fra  
ternitatis. vide. §. §. notari? licet ratione.

**N**otarius cause pōt recipere pductionē libelli  
7 aliorū actorū 7 iurii: et iam iudice absente  
7 valet pductio acsi corā iudice facta eēt. vt  
no. bar. C. de p̄ci. impa. offer. auē. q̄ supli  
catio. 7 de app. l. eos. §. fi. **C**ōtrariū tenet bal.  
i. d. auē. vt. C. de eden. l. is apud quē. 7 ter  
tio nota: nisi de mādato iudic̄ hec faceret. vt  
no. idem bal. in. ti. de pa. iura. fir. c. j. §. itē sa  
cramēta. vij. colū. 7 in pace cōstantie. §. i cau  
sis. circa finez. **S**ed ibi bal. aliē dixit in. l. ait  
p̄tor. in. p̄n. ff. de iureiur. vbi distinguit inter  
acta facta: 7 de nouo fienda: dicens q de no  
uo facta possunt corā notario p̄duci etiāz in  
absentia iudicis. fienda nō. **I**nno. aut 7 ho  
stien. 7 antho. simpliciter dicūt: q notarius  
cause nō pōt aliqua acta recipere absentia iu  
dicis nisi iudex cōmiserit sibi: tūc valet rece  
ptio acsi iudex p̄ns esset: quia omnia n̄ra faci  
mus q̄bus n̄ram auctoritatē impartimur. vt

no. idem anth. c. qm̄ cōtra. de pba. 7. quero  
an sufficiat. iij. colum.

**N**otarij duo si sint assumpti ad aliqd̄ scriben  
dum. nō credūt vni sine collega. oportet q̄  
vel ambo scribant: vel vn? alteri se s̄scribat  
no. bal. C. de testam. l. iurisiurādi. **E**t fac̄ qd̄  
no. bar. ff. d̄ eden. l. si q̄s ex argētarijs. §. j. in  
fi. 7 in. l. j. §. si p̄les. ff. de exerci. in sc̄da opini  
one. **E**t qd̄ no. bal. in. l. cū sententiā. C. d̄ sen  
ten. 7 interlo. **E**t pba? a simili in duob? iu  
dicibus delegatis quorū vn? nihil possit fa  
cere sine alio. de re. iudi. l. duo ex trib? 7 de  
offi. dele. causam matrimonij. **S**ecus in duo  
bus iudicib? ordinarijs. l. j. ff. de offi. cō. **I**te  
pbat in duobus pcuratoribus simul 7 sim  
pliciter cōstitutis: quorū vn? sine altero ni  
hil pōt. de pecu. c. si duo. li. vj.

**N**otarius nō pōt corrigere errorem instrumēti  
sine iudicis auctoritate qm̄ ē in iudicio p̄du  
ctum vel p̄ti traditū: sed anteq̄ pducatur vel  
parti deē pōt corrigere sine iudicis auctori  
tate. no. io. an. sup̄ data sexti. ad finē. i. nouel  
la. **E**t qd̄ dic̄ de correctione: idez dicas de  
additione si vellet aliqd̄ addere quod omisit  
vt no. ibidē p̄ io. an. 7 idē no. bar. 7 bal. in. l.  
impator. j. ff. de sta. homi. **V**ide io. an. in ad  
di. spe. in. ti. de instru. edi. §. instrumētū. 7. h  
nūquid cōfecto. 7 antho. in. c. ex l̄fis. de fi.  
instru. 7 bar. in. l. liberari? de iureiur.

**N**otari? ita pōt p̄cipere 7 scribere p̄ba instrumē  
ti in p̄ma p̄sona cōtrahētis sicut in tertia. vt  
est tex. in. c. dudū. de cōuer. cōiuga.

**N**otarius pōt conficere instrumentū de p̄tra  
ctu filij 7 m̄ris. nō patris in cui? est potestate  
no. bar. in. l. si pater. ad. l. cor. de fals. **S**3 pro  
vxoze ipsi? notarij sic. no. bar. in. l. vxori. in  
p̄n. e. ti. **P**ro se aut nō pōt notari? instrumen  
tum cōficere: s3 p̄tra se sic. vt no. bar. in. l. im  
puberē. §. fi. e. ti.

**N**otarius si in actis scribat: talis testis iurat?  
sic deposuit: ex hoc nō pba? iuramentū nisi  
alicui de iuramēto cōstet. vt no. antho. de p  
ba. qm̄ p̄tra. penl. carta. j. colum. **C**ōtrariuz  
sentit bar. in. l. theopompus. de do. p̄uil. et  
bal. in. l. iurisiurādi. C. de testi.

**N**otari? debet scribere in vulgari que nō p̄nt  
pprie redigi in latinū. no. bar. in. l. si q̄s filia  
bus. ff. de testa. tu.

**N**otari? nō pōt carte apponere nisi signū suū  
cōsuetū. vt no. bal. ff. de testa. l. ad testamētū  
7 si signū suuz mutat: puniē de falso acsi mu  
tasset nomē ppriū. vt no. bal. C. de nouo co  
di. cōpo. sup̄ rubrica. 7 iuxta h querit.

**N**otari? nō pōt alēi cōmittē signū nec s̄scrip  
tionē suā. vt no. bal. ff. de testa. l. singulos. **S**3  
si ē ipedit? pōt alēi cōmittē vt instrū scribat

dūmodo ipse se subscribat in fine, q̄ subscriptio  
 dz eē spālis: puta ego illis p̄dicti oib⁹ ⁊ singu  
 lis gesti inē talē ⁊ talē in fuit ⁊ c. nec sufficeret  
 generalis. vt no. bar. in. l. diu. ⁊ s. itē senatus  
 ff. de fal. Et idē no. do. antho. in. c. fi. de offi.  
 dele. Bal. tenet q̄ sufficit general. C. de edē.  
 aut. si q̄s in aliq. v. vlti. q̄rit. vide p̄ eū. in. ti.  
 si p̄tra fa. de succe. c. j. in. pn. sup. vbo i breui.  
**Notari⁹** si ē rogat⁹ p̄ficere ⁊ extendere instru  
 mētū ad laudū sapiētī q̄ possit sapiēs adde  
 re declarare vel mutare ⁊ s̄ q̄ die debeat no  
 tari⁹ scribere illa q̄ sapiēs cōsultit: vide io. an.  
 in addi. spe. in. ti. de instru. edi. s. instrumen  
 tū. v. si a p̄trahētib⁹. ⁊ bar. in. l. illa institutio.  
 ff. de here. insti. ⁊ an. in. c. ex lris. de fi. instru.  
**Notari⁹** ē idone⁹ testi ad p̄bandū id de q̄ fuit  
 rogat⁹ instrumentū p̄ficere. ⁊ p̄nter ad p̄ban  
 dū errozē instrumenti p̄ eū cōfecti. ⁊ si vn⁹ ali  
 us testi cū eo p̄currat. error sufficiens ē p̄ba  
 tus. vt no. bal. in. l. si liberari⁹. de re. iur. qd̄ i  
 tellige qn̄ ad p̄bandū p̄tēta in instrumento suf  
 ficerēt duo testes. als sec⁹. vt no. bal. in. l. im  
 perator. ff. de sta. homi. Ipe etiā tenet ibi cō  
 tra bar. q̄ notari⁹ nō ē idone⁹ testi ad p̄bandū  
 errozē p̄ eū cōmissum in p̄fessioe instrumenti.  
 vide tex. ⁊ bar. in. l. domicius. ff. de testa.

**N**otoriū qn̄q̄ appellat⁹ notoriū tm̄. qn̄  
 q̄ notū ⁊ notoriū. Notū ⁊ notoriū est  
 qd̄ gestū ē corā p̄lo ⁊ corā iudice p̄ tri  
 bunali sedēte. Notoriū tm̄ ē qd̄ cōstat iudici  
 s̄ nō vt iudici. vt no. an. de coha. cle. v̄ra. xix  
 colū. S̄ io. dic̄ q̄ licz i cōspectu iudici p̄tri  
 bunali sedētī q̄s d̄linq̄t: an p̄pterea iudici vt  
 iudici liquet q̄ iudex ad h̄ n̄ sedet. vt no. j. s.  
 notoriū qn̄q̄. ⁊ vide. s. vbo. manifestū.

**Notoriū** sumit̄ equoce. qn̄q̄ em̄ appellat⁹ ma  
 nifestū. qn̄q̄ euidēs. qn̄ euidētissimū. qn̄q̄  
 publicū. qn̄q̄ notū siue cognitū. qn̄q̄ idubi  
 tatū. qn̄q̄ liquidū. Ex his nō q̄ noia p̄dicta  
 sūt noia generl̄ ⁊ p̄nt̄ appropari notorio ⁊ ma  
 nifesto. no. anth. de coha. clerī. v̄ra. xx. colū.

**Notoriū** qd̄dā ē occultū quoddā ē pene occultū.  
 ⁊ hec differūt. Occultū ē qn̄ q̄s crimino  
 sus ab ecclia tolerat̄. simpliciter tm̄ posset oꝓo  
 sitū eē ⁊ crimē ē pbabile. no. anth. de co. cle.  
 v̄ra. iiii. colū. Itē occultū d̄r qd̄ a nullo p̄ba  
 ri p̄t. Pene occultū qd̄ ab aliq̄b⁹: paucis tm̄  
 vt p̄ duos vel tres vel etiaz qn̄q̄ p̄bari p̄t  
 vt no. an. e. c. xvj. colū.

**Notoriū** differt a fama i eo q̄ in notorio opoz  
 tet q̄ p̄ls v̄l maior ps fuerit p̄ns facto qd̄ no  
 toriū d̄r. ita q̄ de eo possit vt testi p̄ corporeū  
 sensum deponere. In fama aut̄ sufficit q̄ ma  
 ior ps p̄li aliq̄d dicat licet nō asserat se fuisse  
 p̄ntē illi facto qd̄ dic̄ antho. de coha. cle. ve  
 stra. xxiii. colū.

**Notoriū** nō p̄t eē nisi de eo qd̄ ē verū. ⁊ p̄se  
 quēter nō p̄t essenisi de p̄sentib⁹ v̄l de p̄ri  
 me p̄teritū: quia nō p̄cedit nisi a sciētia certa  
 q̄ de lōge p̄teritis haberi nō p̄t. Fallit quā  
 do certa sciētia ē in mēte populi certitudinali  
 ter resuata: sic ē de xp̄i passiōe. no. Ro. con  
 clu. cccv.

**Notoriū** duo req̄rit vt dicat⁹ notoriū: p̄mo vt  
 vniūsus p̄ls vel maior ps possit eē testi: nō  
 ḡ sufficit q̄ maior ps vicinie: s̄ req̄rit maior  
 ps ciuitatis vel ville. Sc̄do q̄ plus sit ma  
 gnus. non ergo sufficit populus de duobus  
 vel trib⁹ tm̄: h̄ tm̄ arbitrio iudicat̄ relinq̄t qz  
 nō p̄t dari certa doctrina. Aduertendū ē tm̄  
 q̄ si factū qd̄ d̄r notoriū respicit totā p̄uintiā  
 debz h̄ scire maior ps p̄uintie. Si respicit ci  
 uitatē sufficit q̄ maior ps ciuitatē sciat. Si re  
 spicit p̄ochiā: sufficit q̄ maior ps parrochie  
 sciat. no. anth. de coha. cle. ⁊ mu. v̄ra. xxiii.  
 colum.

**Notoriū** nō p̄t aliq̄d eē nisi id fiat in loco pu  
 blico corā m̄ltis astātib⁹ ita q̄ maior ps p̄li  
 illd̄ videre potuerit: illa ḡ q̄ h̄nt in domo que  
 neq̄ de facili p̄bari p̄nt. nō p̄nt dici notoria:  
 ⁊ sic q̄litas loci on̄dit an qd̄ dici possit notori  
 um v̄l nō. Et idē d̄ q̄litate tpm̄. ideo q̄ de no  
 cte sūt nō p̄nt dici notoria nisi sit t̄le sc̄m qd̄  
 etiā de nocte potuerit corporeo sensu p̄cipi a  
 maiore pte p̄li: vt son⁹ cāpane. no. anth. i. d.  
 c. v̄ra. xxv. colum.

**Notoriū** p̄t qd̄ eē in vno loco: in alio loco oc  
 cultuz. vt no. anth. de coha. cle. vestra. penl.  
 carta. in. fi.

**Notoriū** ē qd̄ dā adiectiuū q̄litas p̄ quā rei cui  
 addit̄ valde plena noticia habet. v̄m io. an.  
 vt no. anth. in. d. c. v̄ra. xx. colūna.

**Notoriū** nihil aliud ē q̄ p̄batio p̄bata. Et ē  
 duplex p̄ncipaliter. s. notoriū facti ⁊ iuris.

**Notoriū** facti ē triplex. qd̄dam ē facti p̄tinuū.  
 qd̄dā facti in p̄pellati. ⁊ qd̄dā facti trāseūti. et  
 momētanei. S̄l̄r notoriū iur̄ ē triplex. qd̄dā  
 ē notoriū p̄batiōis ⁊ fidei. qd̄dā dispositiōis  
 ⁊ quoddā p̄sumptiōis seu fictiōis. vt no. an  
 tho. in. d. c. v̄ra. xix. colū. imo fictio ē quarta  
 sp̄s. ⁊ sic q̄druplex ē notoriū iur̄. vt no. i. e.  
 c. xxvj. columna.

**Notoriū** pprie ⁊ stricte loquēdo p̄sistit in no  
 torio facti tm̄. alia aut̄ notoria scz p̄ p̄bationē  
 p̄fessionē vel sentētia alicui⁹ sunt im pprie no  
 toria v̄m io. an. qd̄ ē b̄n̄ nōnduz p̄p̄ statuta.  
 vt no. anth. in. d. c. v̄ra. xxij. colum.

**Notoriū** facti ē finita ⁊ cōiter indubitata p̄ba  
 tio imediata ex natura facti vel rei p̄tinuū in  
 terpellati aut momētanei oclis hoim̄ aut ma  
 ioris ptis ita se exhibēs q̄ null a tergiversati  
 one celari possit: vt pote cui⁹ vniūsus p̄ls

¶ **Maiores** p[ro]p[ri]e ei[us] testi[um] e[ss]e posset. et hec e[st] p[ro]p[ri]a et p[er]fecta ei[us] diffinitio. no. anth. in. d. c. v[er]a. x. venio ad scdm. xx. colu.

¶ **Notoriu[m] facti** cotinui e[st] si q[ui]s in carceribus teneat. q[uo]d est veru[m] si carceres se exhibet oculis hoim: secus si carceres sunt occulti: q[uo]d illud no[n] pot[est] e[ss]e notoriu[m]. no. antho. in. d. c. v[er]a. xxvij. colu. x. venio. ad declaratiões.

¶ **Notoriu[m] facti** cotinui dicunt quida[m] e[ss]e si q[ui]s teneat concubinam oib[us] vicinis scientib[us]. q[uo]d no[n] placet. licet em[en] tenere feminam in domo possit dici notoriu[m] q[uo]d h[ab]et se exhibet oculis hoim. t[ame]n q[uo]d se cu[m] ea copulet h[ab]et e[ss]e notoriu[m] facti: q[uo]d co[n]ter no[n] exhibet se oculis hoim nisi forte q[ui]s no[n] timet verecundiam cognosceret ea in platea. ¶ **¶** Stud[ium] q[uo]d q[ui]s teneat concubinam vicinis scientib[us] non e[st] notoriu[m] facti simpliciter: s[ed] e[st] notoriu[m] facti i[n] p[ar]te in eo q[uo]d feminam publice tenet. Et e[st] notoriu[m] p[re]sumptionis in p[ar]te in eo q[uo]d p[re]sumit ea cognovisse et consequenter in concubina[m] habere. no. antho. in. d. c. v[er]a. xxvij. colum. x. venio ad declarationes.

¶ **Notoriu[m] facti** cotinui dicunt quida[m] esse q[ui]s p[ro]sequitur d[omi]n[u]m suu[m] cui iuravit fidelitate[m]: q[uo]d no[n] placet q[uo]d hoc factum no[n] pot[est] cotinuuz e[ss]e nisi aptitudine q[uo]d iuramentu[m] est momentaneum v[er]u[m] q[ui]ntu[m] ad p[er]iurium h[ab]et no[n] pot[est] esse notoriu[m] facti cotinui. no. anth. in. d. c. v[er]stra. xxvij. colu.

¶ **Notoriu[m] facti** cotinui dicunt quida[m] esse duz q[ui]s mutat ad v[er]suras tenedo altare paratu[m] q[uo]d no[n] placet quia licet tenere banchum et altare paratu[m] possit esse notoriu[m]: t[ame]n ip[s]m mutua re est act[us] interpellatus nisi dicat q[uo]d e[st] cotinui aptitudine: sed h[ab]et no[n] sufficit ad notoriu[m] quia in dando notoriu[m] inspiciamus actu[m] put se exhibet oculis hoim actu non aptitudine.

¶ **¶** It[em] in mutuando exigif factu[m] hominis. ideo no[n] pot[est] etiam aptitudine esse cotinuu[m] nisi dicamus q[uo]d v[er]surarius co[n]cludit cotinue ex mente que est cotinuata. sed hoc no[n] e[st] nisi ex p[re]sumptione. quia mens se no[n] exhibet o[mn]ino. ideo h[ab]et exemplum de v[er]surario meli[us] congruet notorio facti interpellati vel p[re]sumptionis facti cotinui. no. do. antho. de coha. de. et mu. v[er]stra. xxvij. colum.

¶ **Notoriu[m] facti** cotinui est p[ro]p[ri]e puta q[uo]d quis tenet potem supra via[m]. vel q[uo]d turris alinello[r]um sit in porta rauennati. vel q[uo]d cleric[us] in aliqua eccl[esi]a facit residetia. no. anth. in. d. c. v[er]stra. xxvij. colu.

¶ **Notoriu[m] facti** interpellati est in mutuado v[er]suras. no. anth. in. d. c. v[er]a. xxvij. colu.

¶ **Notoriu[m] facti** mom[en]tanei est q[ui]s q[ui]s in conspectu p[ro]p[ri]i vel maioris p[ar]tis interficit. et cu[m] ep[iscop]us transit de eccl[esi]a ad eccl[esi]am: q[uo]d talis transitus fit cu[m] apparatu. Secus in tra[n]situ monachi q[ui]

occulte tra[n]sit nisi in co[n]spectu p[ro]p[ri]i tra[n]siret. ¶ **¶** An aut[em] transitus ad eccl[esi]am curata[m] dicat[ur] notorius dubiu[m] est. sed illud certu[m] est. tenendo secundam eccl[esi]am pot[est] e[ss]e notoriu[m] facti cotinui. no. antho. in. d. c. v[er]a. xxvij. colu.

¶ **Notoriu[m] facti** no[n] recte deducit[ur] ad finem p[ro]cedendi vt in notorio nisi deducat[ur] notorietas tam in p[er]sona facientis q[uam] in ip[s]o facto. v[er]u[m] licet dicat[ur] crim[en] notorie co[m]missum: si no[n] dicat[ur] certa persona que illud notorie co[m]miserit no[n] habet locum materia notorij nec possit iudex tanq[uam] de notorio se informare ad p[ro]quir[en]du[m] quis illud delictu[m] co[m]miserit. nec sufficeret q[uo]d deducens nominaret certam p[er]sonam malefactoris nisi diceret notoriu[m] esse q[uo]d illa p[er]sona maleficio co[m]misisset. vt no. inno. hosti. et io. an. i. nouella. in. c. j. de offi. dele. li. vj.

¶ **Notoriu[m] si** cora[m] iudice qui no[n] habet cognitionem nisi de notorijs neget notoriu[m]. potest iudex de his h[ab]et cog[no]scere an notoriu[m] sit ne alio iurisdictione sua sit elusoria et frustratoria. quia q[ui] libet sup[er] notorio cora[m] eo co[n]uentus semp[er] negaret notoriu[m] vt sua euaderet iurisdictione[m] vt no. glo. in. c. j. de offi. dele. li. vj. ¶ **¶** Sec[un]d[u]m etiam de alijs q[ui] de notorijs iurisdictione[m] habeat quia tunc cessat ro[ati]o q[uo]d iurisdictione[m] foret totaliter elusoria. et ita salvo alia glo. que allegat p[ro] co[n]trario in. c. accusatus. §. sane. de hereti. li. vj. quicq[ui]d. no. io. an. in. c. j. in. §. notoria. d. censi. e. li. ¶ **¶** Vel pot[est] dici et forte meli[us]. q[uo]d glo. in. d. §. sane. relata ad tex. loquit[ur] in casu speciali fauore fidei. vt iudices ad q[ui]s p[ri]ncipaliter p[ro]tinet de causis fidei cognoscere ad illas intendant et no[n] stent occupati in alijs de q[ui]b[us] ille tex. loquit[ur] an sint notorij vel no[n].

¶ **Notoriu[m] si** in iudicio negat[ur]: est aduertendum q[uo]d aut negat[ur] factu[m] t[ame]n et non qualitas facti. et tunc negatione no[n] fit res dubia p[ro]pter veritatem notorij. negatiua em[en] p[ro]babilis facit rem dubiam. improbabilis no[n]. vt illa que h[ab]et co[n]tra se notoriu[m] nisi p[ro]bet negatiua saltem semiplene s[ecun]d[u]m l[ex]. cui[us] dictu[m] debet intelligi quando talis semiplena p[ro]batio no[n] habet co[n]tra se aliquam causam euidentem. alias secus. Si no[n] negat[ur] qualitas facti t[ame]n. tunc oportet q[uo]d iudici p[ro]bet notoriu[m] esse licet negatio facti notorij no[n] offuscat notoriu[m]. Si t[ame]n negat[ur] qualitas facti ita q[uo]d notoriu[m] ex hoc offuscat quo ad iudicem vt no[n] possit p[ro]cedere vt in notorio nisi se informet p[ro] de notorio. vt no. anth. de coha. de. v[er]a. xxj. colu.

¶ **Notoriu[m] alijs** s[ed] no[n] iudici si neget notorium et aliter no[n] p[ro]bet. debet iudex reu[m] absolvere ab instatia et postea audiet actores iuris ordine fuato. q[uo]d h[ab]et locu[m] q[ui] iudex p[ro]cedit tanq[uam] sup[er] notorio ad instatia[m] p[ar]tis siue in ciuili siue i[n] cr[im]i

minali. Si aut ex officio pcedat: tunc pcessus sup notorietat dūmodo postea appareat fuisse notoriū. nō. anth. in. d. c. v̄ra. xxij. colū.

**Notoriū** q̄d allegant alique circūstantie excusantes: vt si dicat homicidiū ad defensionem factū vel de mādato iudicis siue iure pmittente: nō offuscat p excusatiōes p̄dictas q̄n sup eo vt notorio pcedat: allegans t̄n circūstantias p̄dictas debet admitti ad pbandū eas. **Sz** interim anteq̄ pben̄ vt in notorio pcedit iuris ordine nō v̄nato. **Et** sic nota q̄ quo ad cōsiderādū modū pcedēdi: pl̄ at tendim̄ q̄litate facti in libello deducti sup̄ q̄ substantiat iudicium q̄ negatiōes ⁊ excusatiōes allegatas. no. antho. in. d. c. v̄ra. xxij. colū. ⁊. venio ad sc̄dm.

**Notoriū** quotienscūq̄ neget notoriū: necessaria est p̄batio ipsius qualitatis notorij. que p̄batio p̄t fieri in absentia ptis. no. antho. in. d. c. v̄ra. xxij. colū. **Et** dicta q̄litas q̄ notorium dicit p̄bat p̄ duos testes sicut ⁊ fama ⁊ testamentū. oportet t̄n q̄ testes nō interrogati reddant causam notorij p̄ circūstantias facti. vt no. anth. e. c. vltima carta. in p̄n. **Sz** licet dicta q̄litas notorij sit p̄banda si negat ip̄m t̄n factū q̄d notoriū dicit siue sit p̄tinuū siue interpellatū siue momētaneū nō eget p̄batione. Sufficit em̄ in tali notorio q̄ non liquet iudici vt iudici p̄bare notoriū esse: vt q̄ tici occidit sempronij: nec exigit p̄batio q̄ occiderit. vt no. ant. e. c. xxij. colū. **Hoc** vltimū de p̄batione facti q̄ nō sit necessaria intelige q̄ ad finem pcedendū vt in notorio: ordine nō v̄nato: nō q̄ ad finē diffinitiuā ferendū. quia tūc b̄n̄ requirit p̄batio ipsi facti p̄m for̄mam scriptā in. s. p̄oxi. sequēti. primū etiaz q̄ qualitas notorij sit p̄bāda limita p̄m ea q̄ scripta sunt. ⁊. s. notoriū facti gesti.

**Notoriū** facti si gestū ē nō in cōspectu iudicis requirit p̄bationē ipsi facti q̄d notoriū dicit si ip̄m factū ē recēs ita q̄ de facili mēoria habeat: nō t̄n requirit q̄ testes directe deponant de facto s̄ de p̄ntia ppli in facto. s̄ si factū ē atiquū nulla exiget p̄batio ipsi facti p̄m io. an. **In** notorio aut̄ p̄sumptiōis fictiōis v̄l dispositionis idē put agit de p̄batiōe facti ex q̄ surgit p̄sūptio vel fictio. ⁊ in t̄n sc̄o p̄bādo fuād̄ ē ordo iuris. **Ad** aut̄ q̄d ex facto a iure p̄sumit vel fingit. nulli subijc̄i necessitati p̄bandi. imo nec necesse ē q̄ iā actu deducatur siue alleget̄ cuz id iudex supplere possit. **In** notorio aut̄ cōfessionis vel p̄bationis facte i alio iudicio. si p̄ducat cōfessio vel attestatiōnes: nō exigit q̄ aliē p̄ben̄. **Et** t̄n necesse q̄ cōstet de iurisdictione illi corā q̄ facta ē con-

